



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 23. Dulcinus hæreticus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

**Sæcul. XIV.** dominica per Cardinalem inauguratus  
A.C. 1308. sacerdotio, postridie a Clemente ipso in  
Archiepiscopum consecratus accepit pallium. Tum ad dicecésim suam profici-  
scens prope hinc aberat, quando per e-  
pistolam ab Archiepiscopo Moguntino  
missam comperit Albertum Austriacum  
Romanorum Regem 1 Maji per nepo-  
tem ipsius Joannem Sueviæ Ducem oc-  
cīsum esse, cum regnasset novem annis  
totidemque mensibus. Balduinus Tre-  
viro solenniter intravit die Pentecostes  
2 Junii: celsamque hanc sedem quadra-  
ginta sex annis tenuit.

## §. XXIII.

*Dulcinus hæreticus.*

**A**nnos abhinc duos & amplius in Lom-  
bardiae montes Novariæ vicinos con-  
venerant quidam hæretici, reliquæ fal-  
forum Apostolicorum, quos Papa Ni-  
colaus IV condemnaverat an. 1290. Ce-  
put illorum erat Dulcinus filius Sacer-  
doti. 1. vit. p. 26 ejus. Ecclesia Romana pridem perdidit  
et Bern. omnem autoritatem a Christo acceptam;  
Ptol. Luc. & Ecclesia, in qua sunt Papa, Cardinales,  
ap. Baluz. Clerus, ac Religiosi, est Ecclesia repro-  
to. 1. vit. p. 269 bata & sine fructu; est magna meri-  
Guid. ibid. trix in Apocalypsi: potestas, quam ei  
p. 66. v. p. 605 C. Nang. p. 623. Apoc. 18. Emeric.  
Cleric. Direct. p. 269 Christus primum dederat, ad Ecclesiam nostram

nostram transiit, quæ est congregatio sp*Saccul. XIV.*  
ritualis & ordo Apostolorum. Ita se A. C. 1308.  
nominabant. Nos soli, adjungebant, af-  
secuti sumus perfectionem, quam habe-  
bant Apostoli, & libertatem, quæ pro-  
xime a Christo venit: ideo non tenemur  
obedire Papæ, vel alii cuiquam homini:  
nec ille nos prescribere potest. Ad con-  
gregationem nostram libere transfire pos-  
sunt omnes homines cujuscunque status,  
Religiosi & profani, etiam ligati connu-  
bio sine consensu conjugis. At nemini  
licet congregationem nostram relin-  
quere, ut ordinem alium intret, aut cui-  
piam homini obedientiam præstare: hoc  
esset a perfectione decidere: ac extra  
congregationem nostram non est salus:  
& vero cuncti, qui nos exagitant, sunt  
in statu damnationis.

Papa nequit absolvere a peccatis, ni-  
fi sit sanctus, ut erat Divus Petrus, vi-  
vens in summa inopia & demissione,  
neminem vexans, impugnans neminem,  
sed libertatem cuilibet permittens. Quip-  
pe omnes a S. Silvestro Papæ ac Præfui-  
les, cum de prima hac sanctimonia de-  
flexerint, prævaricatores sunt ac dece-  
ptores excepto Papa Cœlestino Petro  
Morono. Nulli Sacerdoti vel Præfui  
decimæ solvi debent, nisi colat pau-  
pertatem, quam colebant Apostoli: qua-  
propter nobis duntaxat pendi debent.

S s 3

Viri

Sæcul. XIV. Viri ac foeminæ sine discrimine possunt  
A.C. 1308 habitare simul: charitas enim postulat,  
*J. Vill. 1. 8.* ut omnia sint communia. Perfectius est  
c. 84. omittere votum, quam nuncupare. Deus  
tam bene ac melius orari potest in sylvis,  
quam in templis; nec plus valent pre-  
ces in æde consecrata, quam in sta-  
bulo equorum, porcellorumve. Non  
est jurandum nisi pro conservanda fide.  
Nempe, quia etiam coram tribunalii ve-  
tabant juramentum, ex hujus recu-  
tione noscebantur. Igitur hoc permit-  
tebant eo solo in casu, ut fallerent Prä-  
fules ac Inquisitores: sed non credebant  
hoc juramento se adstringi ad dicendum  
verum, & fraudes, quas poterant, omnes  
adhibebant, ut fidem celarent suam;  
præterquam si mortem nequirent effu-  
gere: nam hoc in casu illam aperte pro-  
fitendam esse affirmabant, neque tamen  
prodendum e fratribus aliquem.

*Anton. to. 3.* Dulcinus hanc doctrinam tradens  
p. 270. plurimos sectantes habuit ex utroque  
*Corio. 2. par.* lexu, plerosque de plebe, erantque allo-  
p. 383. rum millia quatuor circiter. Cum Dul-  
cinus Mediolano aufugere coactus es-  
set, hærebant in montibus & sylvis se-  
rarum instar, & mendicato vivebant, vel  
rapto; nam bona esse communia assere-  
*ap. Emerit.* bant. Papa Clemens misit Inquisitores  
p. 271. ex Ordine S. Dominici, qui hos hæren-  
cos ad sanam reducerent fidem, aut sal-  
tem

tem accurate inquirerent in eorum vitam, *Sæcul.XIV.*  
sibique rei notitiam darent. *Hac ac-* *A.C. 1308.*  
*cepta sacrum bellicum contra eos cani*  
*curavit, & magnam noxarum veniam*  
*sponderi, ita ut cruce signati etiam fusi-*  
*perent votum militandi suis sumptibus.*

*Sic Inquisitores collegunt exercitum;* *Ughell. to.4.*  
*quem ducebat Episcopus Vercellensis Rai-* *p. 1104.*  
*nierius Advocatus nomine, qui hanc se-*  
*dem tenebat ab anno 1303.*

*Hæreticorum vestigiis instabat anno* *1308* *per verni jejunii tempus; eosque* *Baluz.to.1.*  
*adeo in angustum conclusit, ut in mon-*  
*tibus suis multi fame ac frigore necaren-*  
*tur: quippe magna nivium vis cecide-*  
*rat. Plures quadrageant perire, si*  
*numeremus cæsos: atque centum quin-*  
*quaginta circiter capti sunt; inter alios*  
*Dulcinus die Cœnæ Domini sacra* *11 A-*  
*prilis. Comprehensa simul est Margari-*  
*ta Tridentina concubina ejus, quæ pro*  
*saga habebatur. Per sententiam Ec-*  
*clesiæ declarati hæretici tradebantur*  
*foro profano, quod Dulcinum & Marga-*  
*ritam ultimo suppicio affici jussit: ambo*  
*membratim & in frusta concisi fuere,*  
*Margarita prior in oculis Dulcini: tum*  
*eorum artus & ossa comburebantur. E-*  
*tiam sociorum aliqui puniti sunt pro ra-*  
*tione suorum criminum: sed non ideo*  
*secta penitus extincta fuit.*

Sæcul. XIV.  
A.C. 1308.

Bal. to. 2.  
p. 67.

Papa Dulcini captivitatem 15 Aprilis postridie Paschatis vespere compertam mox Regi Philippo Pulchro indicavit per epistolam Pictavii scriptam hunc in modum. Gratissimum hodie nuncium accepimus, illum dæmonem perniciosum, illum filium Belial, horribilissimum hæresiarcham Dulcinum post magnam stragem, multosque labores, pericula & sumptus tandem cum multis sectatoribus in vincula conjectum esse per Rainerium Episcopum Vercellensem: & mittimus tibi exemplar litterarum hujus Præfulis, ut comprehensionis circumstantias melius cognoscas. Ut vero remuneraretur Episcopum ob impensas hanc in expeditionem bellicam insumptas, tria diplomata eodem die 4 Julii pro eo Pictavii iussit confici. Per primum ei concescit, ut in pecunia pendendum sibi curaret jus procurationis pro inspectionibus Ecclesiæ suæ dioceſeos, quamvis eas per alios faceret. Per alterum exemit illum cunctis pensionibus in bonum Papæ vel Legatorum impositis ipſi aut imponendis. Per tertium ei tribuit facultatem conferendi canonicatum, dignitatem vel beneficium simplex in cunctis cathedralibus, & collegialibus, ut vocant, templis suæ ac Novarianæ, Astensis, Eporedianæ, Taurinensis.

nensisque diœcesium. Sic Papa Epis-  
copi sumptus compensavit.

Sæcul. XIV.  
A.C. 1308.

§. XXIV.

*Continuatur causa Templariorum.*

Rex Philippus Pulcher causam Templa-  
riorum considerate discuti cupiens  
consuluit Theologicam facultatem Pari-  
sinam : quæ respondit per decretum *Dupui.*  
datum die Virginis ab Angelo salutatæ *Templ. p.78.*

25 Martii an. 1307, nimirum an. 1308  
ante Pascha. Decreti summa erat hæc:  
In causa hæreseos neminem plectere po-  
test Judex profanus , nisi hunc roget  
Ecclesia accusatum destituens. Verun-  
tamen in necessitate vel imminente pe-  
riculo Judex profanus potest reum ca-  
pere, ut eum Ecclesiæ tradat. Pro Re-  
ligiosis ac Exemptis habendi sunt ii, qui  
professi sunt Ordinem militarem ab Ec-  
clesia institutum. Eorum bona reser-  
vari debent usibus , ad quos destinata  
fuere.

Rex iterum cum Papa colloqui vole- *C. Nang.*  
bat: ideoque senatum Cæsaroduni ha- *p. 628.*  
buit primo post Pascha mense scilicet *Bal. to. L.*  
*Majo.* Illuc e cunctis prope regni urbi-  
bus & castellanorum Dynastarum terris  
oratores convocavit tum nobiles tum  
plebejos. Etenim , ne sua agendi ratio  
in re tanti momenti carperetur, statuerat

S 5

non